



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Gaudium Orbis Universi. Sive Lætitia Generis Humani.
Augustissima Cælestium, Terrestrium, & Infernorum
Regina, Deipara Virgo, Maria, Ex Qua Per Benedictum
Fructum Ventris Ejus Post tot Myriades ...**

Schmucker, Mathias

Glacii, 1689

Ergo sub Umbram, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38142

¶ (116) ¶

Ergo sub Umbram,

Et tuum præsidium confugimus sancta Dei G-
trix, nostras deprecationes ne despicias in nec-
tatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos fer-
Virgo glorioſa & benedicta, Domina noſtra, Me-
trix noſtra, Advocata noſtra, Tuo Filio nos reconcili-
Tuo Filio nos commenda, Tuo Filio nos repræſen-

Huc Orbis Universi

Supremi Vertices,

Coronati Terræ Principes,

Reges, Cæſares, Monarchæ
Supplices adeste,

M A G N A E

Cæleſtium, Terreſtrium & Infernorum

R E G I N A E,

Mancipes Regna, & Imperia
deponite.

C O R O N A S

Inſignia Majestatis
ſubmittite,

S C E P T R A

Instrumenta Justitiae, & Clementiae
porrigite,

P U R P U R A M

Decus Honoris & gloriæ
ſubſternite.

T H R O N U M

Sedem Dignitatis, & Sapientiae
concede.

Magnum Nomen eſt **M A R I A E**,

Magna ejus Dignitas ,
 Magna Sublimitas :
 Cui magna fecit ille, qui potens est ,
 & sanctum Nomen ejus, *
 Avitæ Stirpis Prosapia
 requirat nemo :
 Sanguinis Claritudinem
 nemo scrutetur ,
 Virtutis premium & pulcritudinem
 nemo desideret.

M A R I A

Praefat omnibus , claret omnibus : Quia quandam longitatis communionem ab eo trahit , qui ab æternam ordinavit , & ex antiquis antequam terra fieret. (a)

Ab initio , & ante sæcula creavit illam (b)

Æterni Patris Filiam. (c)

Matrem Filii Dei , (d)

Sponsam Spiritus Sancti, (e)

Tabernaculum Sanctissimæ Trinitatis (f)

Quæ Gratia de Cælo plena ,

Æterno Deo grava ,

Eum in Orbis salutem peperit ,

Qui Verbo creavit omnia , (g)

In quo sunt omnia ,

Per quem facta sunt omnia .

R E G I B U S T E R R A E ,

H 3

Ad

*Luc. 1. (a) Prov. 8. (b) Eccl. 24. (c) Idiota de B.V.M. p. 14. contempl. Bern. de Busto in Marijali serm. 2. de coronar. B.V.M. Robert Bellar. Con. 3. Dom. 1. Adv. (d) D. Ephrem. serm: de margarita pret. S. Hieron. Contra Heivid. de perpet. Virg. B.V.M. S. August: de Assumpt: Tom. 94 Edetion. serm. 6. de Assumpt: B.V.M. Dion: Carth: lib. 4. de laud: B.V.M. art: 10. (f) S. Vinc: Ferr: serm: de Conc: B.V.M. Antonia. &c. (g) August: lib: confess: cap: 2.

118

Ad regnum fastigia,
Aut fortunæ faventis felicitas,
Aut Majorum Nobilitas,
Aut facultatum Potentia,
Aut armorum necessitas,
Aut Regum artifex Populus,
Fortunate, Gratiösè, Liberaliter,
Violenter, timidè, aut seditiosè
gradum fecit.

H U I C

Jure Sanguinis, Nominis, & Numinis
meritò debetur,

Tum quòd ex Regibus orta, quòd ex Semine Ab
hæ, quòd Generosa ex stirpe David. (b.

Tum quòd Rex Regum, & Dominus Dominantis
Cæli Terræque Reginam & Dominam, (i.

Matrem Filius

Coronavit, fecitque,

Et posuit diadema Regni in capite ejus, diadema im
tiabile, diadema tam delectabile, diadema mirabil
quòd hoc omni linguae inenarrabile, omnique ing
inscrutabile. (k)

Ut esset

In Cælis Regina Sanctorum,

In Terris Regina Regnum,

Quandoquidem est Mater Regis coronati, quem
stituit Dominus super opera manuum suarum, ac
inde Reginam constituta totum jure Filii possidet

R E G N U M , (l,

(b S. Bern. serm: sup: sign: Mag. (i Epiphanius Chrysostomus Eucher. D
scen. apud Canis, lib. de Deip. V. cap. 1. fol. 3. (k S. Bonav. in spe
Jesu: 6. circa finem. (l Rupert. in Canc: cap. 4.

Adeoque Mater IESU CHRISTI, hæreditario jure
omnium, quæ sunt infra Deum, habens Regale Domini-
um, & inclytum obtinens Principatum: (m.

In Hæreditate Domini moratur: (n.

In omni populo, & in omni gente primatum
habet: (o.

Per Eam Reges regnant, & Legum conditores ju-
sta decernunt: (p.

Per Eam Principes imperant, & potentes decernunt
Iustitiam. (q.

Quia Domina Mundi, (r.

Domina Regum, (s.

Domina Universæ Creaturæ, post filium suum, adeò, ut
Ab ad ejus quoque Nomen se inflectat omne genu Cælesti-
um, Terrestrium, atq; Inferorum. (t.

Domina rerum, Imperium cum Filio commune
obtinens (u.

Domina, cuius beneficiis plenus est Mundus. (x

Domina Serenissima (y

Stellis duodecim coronata: (z

CORONÆ COMES Sceptrum est,

Nemo coronatus, sine Sceptro imperat.

Quod malus in Navi, hoc in Regno sceptrum est,

Ab illo dependet Salus navigantium,

ab hoc Subditorum:

atque hinc

Regiam M A R I Æ Coronam,

Stellis duodecim radiantem,

duode-

(m) Bern. Senen: Tom. 1. serm. 61. qui est super admirabili gratia & glo-
riæ. V. Matris Dei. (n) Eccl: 24. (o) Ibid. (p) Prov. 8. (q) Ibid. (r) Jo-
seph Tauler, serm. 2. in Annunc. B. V. M. (s) S. Ildef: serm: 4. de Ass:
B. V. M. (t) Lwd: Blof: in Endologia 2. ad B. V. M. (u) Lud: Blof: ibid.
(v) Ansel: in orat: ad B. V. M. (y) Dion. Cart. lib. 1. art. 28. de laud. Virg:
(w) Apoc. 12.

• (120) •

duodecim Odis metricis,
cultam,
Quantum pro ingenii tenuitate licuit, elabora
Nunc verò
Augustum Regio - Marianum Sceptrum,
Stelleæ Coronæ Socium,
tot pretiosis lapidibus & Unionibus exornatum, In
quot magnis titulis & Nominibus,
Litaniarum Marianarum panegyricis decoratum
Victrice Lauro lemniscatum,
Santa Mater celebrat, & veneratur Ecclesia
Pari Pietatis affectu,
studio, & subjectione colere
præsumpsi.
Ut hoc tenui laboris mei impendio
Augustissimæ Dominæ meæ,
Illiisque Coronæ, & Sceptro,
Potentiaæ, & Clementiaæ,
Pietati, & Misericordiaæ,
totum me
[cuius Maternâ gratiâ & beneficio,
in numerum Filiorum Dei,
& in Societatem Filii ejus J E S U C H R I S T I
indignissimus Peccator
adlectus sum]
meaque omnia eidem
vivens debere fatear,
& moriens contestor.
Fave Dei, Magnæque Matris honoris
studiosissime, meique Benevole
Lector: & Vale.

F I N I S.